



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

Hevenesi, Gábor

Coloniæ Agrippinæ, [ca. 1708]

XXX. Maji.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50961](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50961)

S. Ferdinandus Rex, Deiparæ addictissimus, S. ejus imaginem semper secum in castris habuit, cui suas referebat victorias in acceptis, plus in ea spei, quàm in omni cum potentissimis fœdere reponebat. Hispali obsessus B. Virginis iconem adiit suppetias petiturus. Mortuus ad imaginis Deip. pedes sepeliri petiit. *Boll.* Ibi etiam post mortem floret ejus memoria, quidquid enim MARIA calcaverint, rosa fiet.

S. Ferdinande qui regnorum tuorum tutelam MARIÆ credidisti, te mediante microcosmi & ego mei curam MARIÆ offero: illa regat sensus, dirigat potentias, illa de corpore, animaque disponat; me totum, quantum quantum sum illius directioni subjicio: si me illa rexerit, salva sunt omnia. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, &c. *fol. 2.*

Ad quod impetrandum: Victus ego me ad pedes MARIÆ abjiciam, nec jam meus, sed ejus totus ex asse futurus.

Trahe me ô MARIA torpentem, ut reddas poenitentem. *Idiota Contempl. c. 1.*

Quæstio: An Christi corpus ex temperamento quod è MARIÆ corpore accepit, fuisset immortale, nisi occisum fuisset? *v. Barri. an. Mar. c. 44.*